

uideris habere. Et cum hoc dixisset
ostendit eis manus et pedes.

lv. cccxli
viii
lo. ce. xxxi

Adhuc autem illis non credentibus
et mirantibus pro gaudio dixit ha
betis hic aliquid quod manducetur.
At illi optulerunt ei partem piscis assi
et fauam mellis. Et cum manducas
set coram eis. sumens reliquias de
dit eis.

lv. cccxli
Sot.

Et dixit ad eos. Haec sunt uerba quae
locutus sum ad uos. cum adhuc essem
uobiscum. quoniam necesse est im
pleri omnia quae scripta sunt in
lege moysi et prophetis et psalmis
de me. Tunc aperuit illis sensum. ut
intellegerent scripturas. et dixit eis.
Quoniam sic scriptum est. et sic o
portebat pati christum. et resurgere mor
tuis tertia die. et predicari in nomi
ne eius penitentiam. et remissionem
peccatorum in omnes gentes. incipi
entibus ab hierosolyma. Uos autem
estis testes horum. et ego mitto pro
missum patris mei in uos. Uos autem
sedete in ciuitate. quo ad usque. indua
mini uirtute ex alto. Eduxit autem
eos foras in bethaniam. et eleuatis ma
nibus suis benedixit eis. Et factum
est dum benediceret illis. recessit ab
eis. et ferebatur in caelum. Et ipsi